

rem propinquorum nunquam consideratur læsio
35 † etiam si modico aliquo accepto spes opulentissimæ hæreditatis , necnon ingens patrimonium fuerit amissum à renunciantibus. Rovit, consil. 44, sub n. 15, vers. & est maxima differentia lib. 1, Gratian. discept. Forens. 568, n. 31, & seq. Rota decis. 141, n. 1, & seq. p. 5, & recent. & in Maceraten. Pec. 20, Junii 1644, §. & in hanc sententiam impre-
sa decif. 10, apud Eminentiss. Ottob. & in dicta Rom.
fid. de Cosciaris 16, Martii 1648, præd. coram Eminentiss. Corrado , cum aliis de quibus in eadem
Rom. hæredit. de Toscanellis 31. Maii 1649, coram
R. P. D. Melio.

Equo minus dum versamur in renunciatione
36 † suscepto jam habitu Religionis intra annum noviciatus facta , quæ solemnitatibus statutorum regulariter non subjet. Sperell. decis. 16, nu. 47, cum adductis per Rotam in dicta Rom. success. de Comitibus 15, Januarii 1642, §. & videatur cessare difficultas , coram Reverendiss. Dunozetto , nec in
37 facto dubitari potest quin esset novitia + dum nuncupatur Rever. Sor. Felix in seculo Catharina Felix, argum. textus in l. labeo 7, vers. sed eti⁹ magno pereſſ. de ſupellec̄t. legat. plenum §. equitis ff. de uſu, & habitat. Bero consil. 64, n. 28, lib. 2, & in praef. terminis ratiocinatur Rot. in dicta Rom. success. de Comitibus 23, Junii 1642, §. ne adversari in fine coram Reverendiss. Dunozetto , super quo tam
38 men vim non facio , + quandoquidem ex vine- terata iſiſ Patriæ conſuetudine ſolemnitates ſtatuti in hiſce renunciationibus adhiberi quotidie ſolent.

Quemadmodum ergo ad honestatem renunciationis, ejusque iustitiam familiæ conservationem inter cætera expreſſerunt, utique si contrahentes iſtud præ oculis habuissent atque ad ſic contrahendum cauſa conservandæ agnationis † ſimpliſciter devenienti priu. ac in dispositiva instrumenti de hoc mentionem feciſſent, quia ſicuti pro argumento utilitatis in quandam conſequentiā familiæ conservationem deduxerunt, ita pariter si ad renunciandum cauſa conservandæ agnationis moti fuissent, dubio procul idem expreſſiſſent, l. unica §. ſin autem ad defiſientis, C. de caduc. tollen. Alex. conf. 70, n. 12 lib. 7, Menoch. consil. 85, n. 110, & seqq. & poſt ipſos in proximis terminis Rota in Rom. success. de Comitib. 23, Junii 1642, §. altera deſumpta coram Reverendiss. Dunozetto.

Renunciationis de natura quod fit, ut ſtrictam interpretationem recipiat ad rem facere non vi-
detur, ex quo lata interpretatione + ex clausulis re-
nunciationis adjectis, atque ex ingressu in religio-
nem deſumitur. Panciro. consil. 62, n. 15, Cravett. consil. 160, n. 1, Rot. decif. 714, n. 5, part. 1, recent. & recedendo à prius resolutis apud Gilian. ad ſtatut. Perſin. decif. 96, n. 14, & 15.

Ex quibus cùm renunciatione quoad factum dici nequeat turbida , dum de ea ex publico liqueat Inſtrumento , tota difficultas ad juris articulū in judiciis frequente reducatur inde
41 propterea fit, ut illius exceptio + remedium immissionis Monasterio prætentendi venire ab in- ſtituto contra diſpositionem claram renunciationis impedit. Bald. in l. Ancillæ n. 2, Cod. de fur- tis, Menoch. de recuper. remed. 1, n. 223, & in praef. terminis. Rota apud Gilian. ad ſtat. Pe- riſ. d. decif. 95, n. 12.

CAPUT XXXVI. §. 10.

SUMMARIUM.

- 1 Dos jam nuptiæ non detrahitur de bonis fideicommissi.
- 2 Puella adhuc non nubilis dotem ex fideicommisso non dedit.
- 3 Legatum dotis à patre filiæ relictum de jure ad hæredes transmittitur. Amplia etiam ſtante ſtatuio exclusivo fœminarum ob dotem nu. 4. Fallit ui. n. 5. Dotis non obſtantē ſtatuio excludente fœminas ex conjecturis efficitur purum num. 6. Dotis titulo institutionis relictum non dicitur purum num. 7. Relictum pueræ in causam nuptiarum quando purum ſub modo aut conditionale dicatur qui tra- ctent n. 26.
- 8 Rubrica generaliter loquens attenditur, nec reſtringitur per nigrum. Amplia ut n. 14.
- 9 Decus Civitatis resultat ſi ex duabus una domus conſtruantur. Civitas emerget ex compoſitione iuriis ad alteram domum n. 12.
- 10 Peritus in arte plurimum defertur. Et nu. 11.
- 11 Iudeſ caverere debet ne diſpoſita ex decreto ad formositatem tendant ad cœmulatio- nem.
- 12 Premium preſumitur iustum, & competens ad effectum retrahendi, quod paulo ante fuit inventum.
- 13 Periti quando ex forma ſtatuti ſunt eligendi pro liquidando valore ad effectum retrahendū aliter liquidari nequit.
- 14 Modus, & conditio in dubio preſumitur. Eſt adjacens determinatio originem principalis diſpoſiti non impediens, ſed executionis dirigenſ, & coartans effectum num. 18. A con- ditione reſolutoria non diſſert n. 19. Quoad exitum, & reſolutionem contractus & conditio aequiparantur n. 20. Diſſert à conditione quia reſpectu conditionis diſpoſitio non fortiuit effectum niſi purificata conditione n. 21. Non niſi poſt conſequitum emolumenitum impletur n. 22. Impleri debet per modum compulſio- nis, conditio per viam exclusionis n. 23. Interpellationem requirit; non autem conditio n. 24. Et conditio in contrahibus innominatis aequiparantur n. 25.

Dote pro conſtituenda pueræ ex deſcen- dentibus + jam nuptiæ regreſſum non da- ri ad bona fideicommisso ſubjecta dixi allegat. 28, num. 14, lib. 3, Merend. controverſ. 30, nu- mer. 7, & per rotam lib. 4, Cenſal. ad Peregr. de fideicommiss. fol. 278, vers. ſed quod beneficium, & iſti ibidem culpa impreſſoris corrupte alle- gantur: alios cumulat Fusar. de ſubſtit. queſt. 51, n. 18, tametiſ ipſe contraria amplectatur opinio- nem. In hoc autem §. investigat Auctor in fœmina exiſtens in capillo adhuc non nubilis obliga- ta reſtituere fideicommissum, poſſit ſibi reti- nere dotes conſtituendas dum contraxerit nup- trias, & à num. 1, uque ad 5. Adductis hinc inde doctoribus articulum indecifum relinquit, quemadmodum facit Redenasc. consil. 5, num. 1. Nos autem exiſtimamus articulum nega- tivè eſſe reſolvendum quod minirū pueræ adhuc non nubilis + nequeat ex fideicommisso 2 dotem

Observationum de Alimentis Cap. XXXVI. §. 10. 65

dotem retinere, minusve viſ eam deducendi, fi nupta decedat ad hæredes transmittere valeat, ut præter hic congeſtos n. 2, comprobant plu- res alii apud Fusar. de ſubſtit. queſt. 531, n. 46, quorum opinionem prævalere admittit: ibi Fu- sar. sub nu. 42, verſic. placet iam magis prima opinio. Merend. controverſ. 29, n. 13, & ſeq. lib. 4, Cenſal. ad Peregr. de fideicommiss. art. 42, verſic. decimo quarto declaratur fol. 278. Neque curan- dum videtur quod Fusar. in consil. 7, n. 13, & 14, contrarius ſibi ipſi fuerit, dum vult Jus confe- quendi dotes in fideicommisso pueræ etiam ante nuptias competere.

Jure communi inſpecto filiæ legatum dotis à 3 patre relictum + ſemper purum reputatur, adeo ut etiam nuptiis non ſecutis debeatur, atque ad hæredes transmittitur, ut latiſſime prosequitur Auctor hic n. 14. Cyriac. controverſ. 72, num. 47, Caren. refol. 33, sub num. 18, verſic. reſpondetur. Bottillier. de ſucces. ab intell. cap. 1, Theoremat. 18, sub numer. 5, verſic. nihilominus ceſſat, & Theoremat. 24, nu. 7. At ſi legatum dotis ab extraneo fiat, tunc diſcret conditionalē, ad latē tradita per Spad. consil. 332, n. 1, & per totum lib. 1, Mart. Medic. ad decif. Senen. examinat. 2, n. 27, & 28, Bottill. de ſucces. ab intell. c. 1, d. Theoremat. 18, n. 5, & latius Theoremat. 24, n. 5, Caren. d. refol. 33, n. 18, & reſol. 123, n. 9, Rot. decif. 124, n. 3, & ſeq. per tot. ubi optimè declarat, p. 9, tom. 1, recent. reperita Carill. decif. 237.

Si vero adiſt ſtatutum vigore cojuſ ſœminæ extantibus masculis à ſucceſſione intellata pa- rentis cum onere dotandi excludentibus injuncto arcentur, & tunc ſtructura ipsius ſtatuti inſpicienda venit, ſi enim diſponit, quod doṭata 4 + non ſuccedat, tunc doſ ſuccedit loco legitimæ, ac conſequenter legatum in causam dotis dicitur purum & tranſiſſibile. Cyriac. controverſ. 72, n. 7, Merlin. de legitim. lib. 3, tit. 1, queſt. 8, sub n. 9, & reſpondet Caſtrensis, Baratt. decif. 215, n. 12, & ibi Ferentili. sub gloſſ. B. in fine. Leoncill. decif. Ferrar. 123, n. 2, & 3, Caren. refol. 33, n. 5, Pignat. ad ſtatut. Ferrar. rubr. 34, n. 1, & 2, latē Rota, coram Royas, decif. 359, sub n. 14, verſ. itaque cum dicta rubrica & ſeq. cum adductis in Pisauren. Pecuniařia 14, Junii 1652, nu. 9, Celso, & in dicta Eugubina divisionis 13, Maii 1658, n. 8, Bevilqua.

Hinc in ſimiſli dicebam alias, quod flante de- creto cum rubrica universalis. De domibus ho- riſiſcē adiſicandi dum de duabus in unicam dum- taxat domum conſtruendi agebatur exinde ho- niſiſcentiam, + decus, & ornamentum Civita- 9 tis a decreto contemplatam reſultare, quem ſa- nè effectum ſeparatæ dubio procul non opera- bantur, ut in praef. terminis. Bard. de jur. pro- tomoſſ. §. 3, n. 2, & §. 4, verſic. unde lex: quem refert & exornat. Rot. coram Merlin. decif. 437, nu. 13, reperita decif. 339, part. 5, recent. Pignat. ad ſtatut. Ferrar. rubr. 95, sub nu. 23, verſic. & amplius, cum præcipue dictarum domum unio- nem ceſſuram in iſigne adiſicium Peritus pro- fiteatur, cujuſ quidem judicio, dum pars ac- quievit, nec aliter iudicandum veniebat, ex quo peritus in arte + plurimum defertur. Bu- 10 ratt. decif. 913, num. 3. Ottob. decif. 7, nu. 15, & decif. 60, nu. 4. Cenſal. decif. Luxen. 73, num. 10, & ſequentibus. Attento maximè quod ex relatione + conviñcitur domos retrahen- tem, & retrahendam non ſolū ad invicem cadere, utrum etiam habere ſigna utriusque domus imperfectionem indicantia, ut in pro- pofito animadvertit Gratian. discept. 745, nu- mer. 40.

Cum animadverſione quod licet legatum fi- 6 liæ pro dote + à patre relictum conditionale di- catur ſtante ſtatuio ſœminas ſimplicer exclu- dente, ex conjecturis tamen purum evadit, quemadmodum fuſiſ poſt alios demonſtrat Cy- riac. dicta controverſ. 72, ex nu. 15, & per totam. Redenasc. dicto consil. 5, ex nu. 7. Ex eo autem dumtaxat, quod titulo institutionis + doſ lega- 7 ta apparet, non per hoc legatum conſeretur purum. Gabr. consil. 140, n. 9, & 10, lib. 2, Rot. decif. 408, nu. 5, part. 2, recent. & coram Ludo- vis. decif. 565, sub n. 9, verſic. attamen quod Cy- riac. controverſ. 71, n. 14, & ſequent. ubi num. 16, vult requiri ſaltem mentionem legitimæ, & con- ſervat. 72, num. 16, & 19, ad effectum ut lega- tum pro dote relictum purum reputetur. Gio- vagn. consil. 41, num. 33, & 34, lib. 1, Galvan. consil. 31, numer. 27, & 28. Altograd. consil. 87, sub n. 6, verſic. nec obſtant. lib. 1. Bottillier. consil. 19, nu. 7, & per totum, ubi quod doſ ſuc- cedit loco legitimæ juxta ſtatutum Cremonæ quod repetit. Caren. refol. 33, num. 6, 7, & 14, cum adductis per Merlin. de legitim. lib. 3, titul. 1, queſt. 8, nu. 55, & ſequent. in moderna impreſſione. Redenasc. consil. 5, num. 7, & ſeq. Carill. de- cif. 290, n. 22.

Quæ omnimoda foeminarum exclusio propter masculos ex rubrica colligitur veluti con- cepta, quod ſtantibus masculis ſœminæ non ſuc- cedant quantumvis in nigro dicta generalitas ex- clusionis reſtringeretur, ut puta ex eo, quod ſœ- minas per masculos doṭari caveretur: ſiquidem verba rubricæ + ad decisionem cauſe allegari 8 poſſunt, licet per nigrum ſtrictius loquens illius diſpositio reſtringeretur. Ludovis. decif. 5, nu. 2, Fenzon. ad ſtatut. Urb. numer. 8, fol. 339, & nu. 4, fol. 366, & nu. 78, & ſeq. fol. 412, ubi à n. 72, uſque ad 78, fol. 411, & ſequent. conclu- dit ſimilem rubricam, & ſi verbo careat perfe- ctam contineare orationem & faciunt tradita Pi- gnat. ad ſtatut. Ferrar. rubr. 34, n. 1, & 2, latē Rota, coram Royas, decif. 359, sub n. 14, verſ. itaque cum dicta rubrica & ſeq. cum adductis in Pisauren. Pecuniařia 14, Junii 1652, nu. 9, Celso, & in dicta Eugubina divisionis 13, Maii 1658, n. 8, Bevilqua.

Hinc in ſimiſli dicebam alias, quod flante de- creto cum rubrica universalis. De domibus ho- riſiſcē adiſicandi dum de duabus in unicam dum- taxat domum conſtruendi agebatur exinde ho- niſiſcentiam, + decus, & ornamentum Civita- 9 tis a decreto contemplatam reſultare, quem ſa- nè effectum ſeparatæ dubio procul non opera- bantur, ut in praef. terminis. Bard. de jur. pro- tomoſſ. §. 3, n. 2, & §. 4, verſic. unde lex: quem refert & exornat. Rot. coram Merlin. decif. 437, nu. 13, reperita decif. 339, part. 5, recent. Pignat. ad ſtatut. Ferrar. rubr. 95, sub nu. 23, verſic. & amplius, cum præcipue dictarum domum unio- nem ceſſuram in iſigne adiſicium Peritus pro- fiteatur, cujuſ quidem judicio, dum pars ac- quievit, nec aliter iudicandum veniebat, ex quo peritus in arte + plurimum defertur. Bu- 10 ratt. decif. 913, num. 3. Ottob. decif. 7, nu. 15, & decif. 60, nu. 4. Cenſal. decif. Luxen. 73, num. 10, & ſequentibus. Attento maximè quod ex relatione + conviñcitur domos retrahen- tem, & retrahendam non ſolū ad invicem cadere, utrum etiam habere ſigna utriusque domus imperfectionem indicantia, ut in pro- pofito animadvertit Gratian. discept. 745, nu- mer. 40.

Ultra quod domus ſic ſeparatæ nonnullas præ ſe ferent incompoſitiones per informantes adiſiſſas, quas retrahens componere obtulerat, ex qua quidem compositione + nitor, ac pro- ſpectus Civitatis emergebat conſiderabilis etiam ad effectum ut intret diſpoſitio decreti. Merlin. dicta decif. 337, sub n. 10, verſic. ornatus enim. Hic conſiftit in eleganti facie, & ſtructura de foris expoſita reperita, decif. 339, part. 5, recent. & faciunt tradita per Cameram in Romana Affran- cationis 12. Decembris 1642. n. 15, 17, & per to- tam Bonviſio.

Modò non obſiſit, quod ſequeretur habentes ampliſſimas domos iſpiſ contigas æquæ, vel

paulo minùs conspicuas retrahere possent, cavere enim debet Iudex, ne disposita ex decreto ad formositatem + tendant ad æmulationem & pomparam. Gratian. *discept. forens.* 745, n. 39, Rot. dec. 339, n. 29, 30, & 31, part. 5, recent. repetita apud Merlin. *decif.* 437, Pignat. *ad statut. Ferrar. rubr.* 95, n. 23, in fine. Quæ omnia ex abundanti subjungebamus, 14 ex quo pariter in nigro + habentes domos ornatui, honorificientia & decori contemplatis à statuentibus non cedentes cedentibus ad ampliandum dumtaxat vendere coguntur. Cavagnol. *ad decret.* 78, §. 1, n. 7.

Nec à prædicta opinione me retraxit, quod 15 pretium paulò anteà solutum competens + ac iustum præsumeretur, ac consequenter per retrahere volentem omninò refundendum absque eo, quod ad normam decreti hinc inde periti eligerentur optimè ratione deduxerat per Gratian. *discept.* 149, n. 28, & 29, Tiraquell. *de retract. lignager.* §. 1, gloss. 18, n. 4, Giurb. *decif.* 55, nu. 2, & seq. & *decif.* 86, n. 12. Quippe quoniam decretum huic 16 objecto tacitè occurrit, requirendo + pro forma electionem peritorum pro indagacione iusti ac competentis pretii juxta proximam claram indubitabilem, & veram, ut vocat Bart. in l. 2, n. 20, & 21, *Cod. de rescind. vend. Cavalier. decif.* 187, n. 4, Cyriac. *controv.* 453, n. 2, & 31, Post. *de subhaft. inspect.* 47, n. 44, & in terminis Pignat. *ad statut. Ferrar. rubr.* 95, n. 13.

Legatum dotis pro nuptiis, aut ut nubat, vel similiter conceptum, quandonam modale, quando autem conditionale præexistat Auctor hic à 17 n. 10. investigat. In dubio igitur modus + non conditio præsumatur l. quero 56, §. inter ff. locat. Bardellon. *confil.* 80, n. 10, Sanfelic. *decif.* 175, n. 8, Merlin. Pignat. *controv.* 40, n. 22, cent. 2, Spad. *conf.* 277, n. 3, & *conf.* 278, n. 9, lib. 3, Marc. Ventur. *conf.* 18, num. 44, Gratian. *discept.* 136, n. 15, Leoncill. *decif. Ferrar.* 38, n. 7, Antonin. de Marin. *resol.* 333, n. 5, lib. 1, & *resol.* 8, n. 21, lib. 2, Rota in Romana fideicommissi 21, Junii 1652, n. ... Verospio. Modus autem nil aliud est quam adjacens determinatio + originem principalis dispositi non impediens, sed executionis dirigens, & coactans effectum. Bald. in l. *Aretbusa* 15, n. 7, ff. de stat. hom. Merlin. Pignat. *controv.* 47, n. 23, lib. 1, Bardellon. *conf.* 20, n. 14, & *conf.* 80, n. 9, & 10, & *conf.* 141, n. 8, Lancell. Gall. *conf.* 2, n. 28.

Modus à conditione resolutiva + non differt, cum utrumque supponat actum perfectum in certum eventum resolvendum. Bart. in l. quibus diebus 4, §. quidem Titio in ult. oppositione ff. de condit. & demonstrat. Leoncill. *decif. Ferrar.* 38, n. 8, Cyriac. *controv.* 230, n. 22, & *controv.* 239, n. 2, & 3, Ciarlin. *controv.* 157, n. 50, Merlin. Pignat. *controv.* 40, n. 22, centur. 2, Capyc. Galeot. *controv.* 10, n. 68, in fine lib. 2. Et sic in exitu quad resolventum contractum + modus + conditio æquiparantur l. 1. C. de donat. quæ sub mod. Bart. in l. quibus diebus 40, §. Termilius n. 17, ff. de condit. & demonstrat. Cyriac. d. *controv.* 230, n. 23, & d. *controv.* 239, n. 4, Capyc. Galeot. d. *controv.* 10, sub n. 68, vers. & sic, & *controv.* 23, n. 51, lib. 2, Bardellon. *conf.* 76, n. 28, & *conf.* 199, sub n. 5, Mart. Ventur. *dictio conf.* 18, nu. 48. Staiban. jun. *resol.* 88, n. 45, & seq.

Inter modum vero, & conditionem præcipua inter cæteras intercedit differentia, quia respectu 21 conditionis + dispositio non sortitur effectum, nisi ita demùm purificata conditione. Auctor hic nu. 24, & 25, Antonin. de Marin. *resol.* 333, n. 42 lib. 1, Staiban. jun. *dicta resol.* 88, n. 50. Bardellon.

confil. 80, sub n. 7, vers. è converso autem. At è converso modus non nisi post consecutum + emolumen impletur l. *Mævia* 44, ff. de manumiss. testam. cum juribus cumulatis per Cyriac. *controv.* 153, n. 54, & *controv.* 247, n. 28, Bardellon. *conf.* 80, n. 6, & *conf.* 141, n. 21, Ciarlin. *controv.* 52, n. 43, & *controv.* 88, n. 50, & *controv.* 137, n. 50, in fine & 51, Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal.* lib. 4, cap. 14, n. 53, Staiban. jun. *dicta resol.* 88, ex n. 51, Anton. de Marin. *dicta resol.* 333, sub n. 4, vers. *secus autem in modo* lib. 1, Altograd. *conf.* 84, n. 5, & 6, lib. 1, Spad. *conf.* 277, n. 2, lib. 3, Sanfelic. *decif.* 175, n. 7, Martin. Ventur. *conf.* 49, n. 83, Rot. coram Burrat. *decif.* 937, n. 9, & coram Duran. *decif.* 339, n. 49, & n. 56, & *decif.* 293, n. 14, part. 5, *decif.* 309, n. 7, p. 7, & *decif.* 217, n. 5, part. 8, recent. & in Ferrarien. *fideicommissi* 5, Martii 1663, nu. 2, Vice-Comite, & prius in Romana fideicommissi 21, Junii 1652, n. 8, Verospio. Vertum quia conditio impleri debet per viam exclusionis, modus autem + per viam compulsionis Bardellon. *conf.* 20, n. 10, & *conf.* 57, n. 23, & *conf.* 141, n. 22, Galuan. *conf.* 13, n. 25, Mart. Ventur. *conf.* 34, n. 24. Idem in conditione interpellatio non est necessaria, + quemadmodum requiritur in modo ut quis privatetur ob modum non impletum. Galvan. *conf.* 13, n. 24, Cyriac. *controv.* 247, n. 42, Altograd. *conf.* 84, n. 42, lib. 1, Menoch. *confil.* 131, n. 6, & *per totum*. Duran. *decif.* 146, n. 9. Quæ differentia inter modum & conditionem in + contractibus innominatis 25 cessat, ex quo modus in eis & conditio æquiparantur. Fab. *de Ann. conf.* 81, n. 16, Bardellon. *confil.* 199, n. 5. Cæterum legatum dotis relictum puellæ in causam nuptiarum, quando purum + sub modo, aut conditio dicatur præter 26 hic adductos per Auctorem inquirunt latissime Staiban. Jun. *dicta resol.* 88, Antonin. de Marin. *resol.* 246, & *resol.* 247, & *dicta resol.* 333, lib. 1, Carol. Boff. *de matrim. cap.* 1, n. 107, & seq. & *cap.* 11, n. 458, Silvatic. *conf.* 74, n. 65, Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal.* lib. 4, cap. 7, n. 11, & 12, & 16, sub n. 3, Mart. Medic. *ad decif.* Senen. *examnat.* 2, n. 27, & 28, Rota in Romana fideicommissi de Cartulis 26, Novembri 1647. §: quia dos legata & seq. & in Bononiens. legati 28, Junii 1652, Verospio.

C A P U T X X X V I I .

S U M M A R I U M .

- 1 *Legata ad libitum Testatoris revocari possunt.* Etiam ex parte legatarii revocantur si non acceptentur n. 2. Qualiter fieri possint irrevocabilis numer. 3. Dotem si vivens Testator in minori summa tradiderit mortuo Testatore residuum dotis consequitur num. 4. Si aequaliter tradiderit legatum extinguitur n. 5. Fallit ut n. 6.
 - 7 *Legatarius ultra emolumentum gravari non potest.* Fallit ut n. 8.
 - 9 *Legatum pro tutela non debetur recusato onere tutelæ;* Fallit ut n. 10. & n. 11. & 12.
- T Estatoris ad libitum legata + revocari 1 possunt. Ripol. var. *resol.* cap. 13, num. 32, Merlin. *decif.* 747, numero 2, & 16, ubi quod Testator etiam hæredi facultatem concedere possit revocandi legata, qua tamen ex odio uti nequeat, *repetita decif.* 230, part. 7. recent. Duran. *decif.*

Observationum de Alimentis Cap. XXXVII. 67

decif. 40, n. 33, ubi de legato alicui reliquo quantum ipse velit, quod revocatum censemur non facta declaratione voluntatis per hæredem, *repetita decif.* 208, apud Post. *de manuten.* & *triplicata decif.* 175, part. 5, & *decif.* 86, nu. 37, & seq. ubi etiam quod ex facto tertii legatum possit revocari, & sequenti. ubi etiam, quod ex facta tertii legatum possit revocari, & *decision.* 208, numer. & sequent. ubi limitat in legato pure reliquo, part. 6, & *decif.* 97, num. 10, & 11, & *decif.* 104, n. 13, ubi pariter de facultate collata in hæredem admendi 2 legati, & *dec.* 189, nu. 1, & per tot. part. 7, & *decif.* 309, n. 70, part. 8, recent. ubi quod vivo Testatore legatum etiam tacitè revocari possit, ita ut irrevocabile non evadat nisi post mortem Testatoris. Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal.* lib. 1, cap. 40, n. 18, ubi quod legata etiam ad piæ cauas revocentur in praesentia duorum testium. Buratt. dec. 168, sub n. 5, vers. prout nec legata. Altograd. *confil.* 65, nu. 26, & 27, lib. 2, Caren. *resolut.* 37, n. 8, ubi quod revocatio legati valeat quantumvis facta in Testamento minus solemat & invalido. Sanfelic. *decif.* 289, sub n. 10, vers. & in materia, & latius prosequitur Auctor hic in principio, & n. 4, Joan. Franc. Andr. *controv.* 306, nu. 9. Quam revocabilitatem legata habent etiam ex latere legatarii, donec ab ipso fuerit acceptata, ut post Auctorem hic animadvertisse Merlin. Pignat. *controversia* 63, numer. 25, cent. 2, Bottillier. *de success.* ab intestat. cap. 1, *Theoremat.* 41, nu. 10, Surd. *decision.* 25, sub nu. 25, vers. & tamen. Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal.* lib. 2, cap. 93, n. 5.

Unde Doctores quærunt formam saltem per indicatum ad inducandam + in aliqua parte ultimi 3 judicij immutabilitatem, & ipsius legati irrevocabilitatem. Roman. post alios *conf.* 171, sub n. 1, vers. dicunt hunc esse modum. Ripol. var. *resol.* c. 13, n. 32, & seqq.

Successivè querit Auctor hic n. 5, si Testator post factum legatum illud adhuc vivens vivens tradiderit, quid juris. In qua quidem quæstione si Testator legaverit quatuor exempli gratiâ pro dote, seu maritanda muliere, & in casu ipsius 4 matrimonii tria tantum + pro dote tradiderit, unum deficiens mortuo Testatoris consequi poterit. Doctores communiter in l. *filia* 11, *Cod. de legat.* & in l. *Lucius Titius* 22, ff. *de legat.* 2, Spad. *confil.* 284, sub n. 2, vers. tota igitur lib. 3, Franc. *decision.* 422, n. 6, Rot. coram Millin. *decision.* 404, ubi etiam quod istud pendeat ex conjecturis Beltram. ad Ludovis. *decision.* 236, sub lit. A. vers. si tamen vita. Joan. Franc. Andr. *controv.* 140, n. 1, & per tot. & contr. 306, n. 2, Cyriac. *controv.* 142, n. 12, & seqq. At ubi Testator vivens solvit doted 5 integrum + quam legaverat, tunc legatum extinguitur per textum in dicta leg. *filia.* Surd. *confil.* 119, numer. 10, Lanfranc. Zacc. *de sular.* vers. 35, numer. 11, & per totam. Beltram. ad Ludovis. *dicta decision.* 236, sub lit. A. vers. quod si pater. Rot. coram Merlin. *decif.* 249, numer. 1, & per tot.

Præcedens tamen conclusio non militaret 6 quoties legatum ex alia causa + procederet, tunc enim per solutionem factam in vita à Testatore ex causa dotis legatum non extinguueretur, leg. quingenta 12, ff. de probat. Surd. *dicto confil.* 119, sub n. 12, vers. & si dicatur. Franc. *decision.* 422, n. 4, & 8, Rot. *decif.* 499, n. 5, & per tot. part. 2, recent. Lanfranc. Zacc. *de sular.* dicta quæst. 35, n. 11, & per tot. Unde Ripol. var. *resol.* cap. 13, n. 14, & seq. dum vult mulierem consecuta dote in vita

Testatoris, adhuc idem legatum prætendere posse damnandus venit.

At si legataria prætensiones longè majores habens quantitate sibi relicta, cum onere ulterius quidquam non petendi legato acquererit, utique adversus legati acceptiōem audiri nequit, siquidem legatarius + ultra emolumengravari tametsi non possit l. ab ea 9, *Cod. de fideicom.* leg. *filia* 117, §. apud Marcellum ff. *de legat.* 1, Attamen acceptando legatum + onusque ei in junctum subire cogitur. Sperell. *decision.* 73, n. 67, & *decision.* 176, nu. 3, & *decif.* 177, n. 3, Ciarlin. *controv.* 70, n. 8, & 9, & num. 16, Seraphin. *decif.* 961, Rot. apud Pacific. de Salvian. *decif.* 188, n. 6, Surd. *conf.* 7, sub nu. 5, vers. ubi vult, & in terminis legati relicti à Tuto, Joan. Francisc. Andre. *controv.* 363, nu. 1, & per totam. Lanfranc. Zach. *de sular.* quæst. 34, n. 4, & per totam. Rot. *decif.* 41, n. 3, part. 9, tom. 1, recent. Sicuti è con- 9 verbo dicitur si legatum pro tutela + relinquatur neglecto munere administrationis, cessat quoque commodum legati dixi. *allegat.* 71, n. 4, lib. 3, & in annotat. ad cap. Joan. Carol. Antonell. *de temp. legal.* lib. 2 c. 22, n. 33, Bellon. *de jur. accrescen.* cap. 7, quæst. 54, n. 162, & 163, Joan. Franc. Andr. *controv.* 51, n. 1, Galeott. *controv.* 59, n. 48, lib. 1, Bottill. *de success.* ab intestat. cap. 2, *Theoremat.* 63, n. 6, fol. 320, Carraciol. *dec.* 23, n. 33, Pereg. *conf.* 3, nu. 2, lib. 2, Staiban. jun. *resol.* 88, n. 75, Hodiern. ad l. hac editi q. 42, n. 5.

Prædicta tamen conclusio duas inter cæteras recipit limitationes. Quarum prima est in reliquo Tutori pupilli conjuncto, cui legatum + debetur, etiam à tutela se excusaverit, cum præsumatur factum consanguinitatis intuitu late Grat. *conf.* 84, n. 3, & seq. lib. 2. Roman. *conf.* 207, nu. 2, prope finem, & *conf.* 235, sub n. 5, vers. quia tunc cum magis contemplatione consanguinitatis. Dec. *conf.* 178, sub n. 4, vers. hoc non habere locum, quando legatum conjuncto relinquitur. Crot. *confil.* 148, n. 3, ubi tamen subdit super conjunctione fundamentum non facere, sed super aliis ibidem recensitis. Jaf. *confil.* 183, sub n. 12, vers. ut remunerare cum pro munere tutela. Ruin. *conf.* 38, n. 3, & 4, lib. 2, Menoch. *confil.* 146, n. 11, Spin. *de testam.* *gloss.* 29, n. 26, Gutier. *de tut. part.* 1, cap. 22, n. 12, Capyc. Latr. *confil.* 106, n. 31, tom. 2, Nevizan. *conf.* 3, n. 9, Thomaf. *de tut.* & *curat.* tit. 25, n. 205, Merl. Pignat. *controv.* 40, n. 43, cent. 2, Bottill. *de success.* ab intestat. cap. 2, *Theoremat.* 63, sub n. 6, vers. hac tamen doctrina.

Secunda est quando ex causa minoris ætatis tutelæ manus legatarius subire + nequit. Schrad. *de feud. part.* 10, sect. 20, sub n. 87, vers. & idem quoq; Surd. *confil.* 218, n. 16, in fine, & n. 17, Pig. *de tut.* quæst. 13, n. 8, Galganet. *de tut.* lib. 1, tit. 9, n. 22, Thomas. *de tut.* & *curat.* tit. 25, n. 197, Rot. in Ferrarien. *fideicom.* 5, Martii 1663, n. 5, Vicecomite. Idem quoque militat in quolibet alio impedimento, + ratione ejus tutelæ muneri legatarius incumbere nequit, veluti ex causa militiae clericatus, & similium. Pig. *de Tutor.* quæst. 13, n. 8, & 9, Galganet. *de tut.* lib. 1, tit. 2, n. 15, Schrad. *de feud. part.* 10, sect. 20, n. 87, & 88, ubi in clericis dubitat Tomas. *de tut.* & *cur.* tit. 25, n. 197, & sub n. 210, sublimit. 18, fol. 1016, Rot. in d. Ferrar. *fideicom.* 5, Martii 1663, n. 6, Vicecomite.